captum existimas? Certò scias me non abstinentiam, non quamuis aliam austeritatem formidaturũ. Ego enim multa nauigatione vsus, multisq. regionibus peragratis, multa bona & mala expertus sum: & potest Deus per sanctas tuas preces ita me corroborare, vt sicut illa ob mundi gloriam, ita hæc perferam ob Dei amorẽ. Nihil ergo aliud cogita: me enim Deus ad te misit; & fieri non potest, vt à te separer.

Hæc magnus Pater cum audisset, germana eum charitate amplexus est; & deinceps habuit loco Patris: & ipse vicissim communiẽs se concepta in Patrem fiducia, speransq. se per eum cælestis Regni compotem fore, amauit eum quasi ipsum Deũ. Verba porro quæ audiebat ex ore eius, siue suas ille institutiones traderet, siue scripturas explanaret; ita suscipiebat, & iucundabatur in illis, vt sentiret affectum dicentis; Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Idcirco asperã illam supra modum perferebat vitæ rationẽ, mutatus repẽte ex assuetudine domestica in hanc;

Psal. 118

οὔτε ὑπὸ ἐγκρατείας, οὔτε ὑπὸ ἄλλης οἵας δήποτε κακουχίας. ἐγὼ γὰρ πολλὰ πλεύσας, καὶ πολλὰς χώρας γυρεύσας, πολλῶν καλῶν καὶ κακῶν ἐπειράθην. καὶ δύναται ὁ Θεὸς διὰ τῶν ἁγίων σου εὐχῶν ἐνδυναμῶσαι με τοῦ ὑποστῆναι ὥσπερ ἐκεῖνα διὰ τὴν δόξαν τοῦ κόσμου, οὕτω καὶ ταῦτα διὰ τὴν αὐτοῦ ἀγάπην. μὴ οὖν ἄλλο τί ποτε ὑπολάβῃς· ὁ γὰρ Θεὸς πρὸς σέ με ἀπέστειλεν, καὶ ἀδύνατον ἐστὶ χωρισθῆναι με ἀπὸ σοῦ.

Ταῦτα ἀκούσας ὁ μέγας ἐκύρωσεν εἰς αὐτὸν ἀγάπην, καὶ τοῦ λοιποῦ ἔσχεν αὐτὸν ὡς πατέρα· αὐτὸς δὲ πάλιν κατοχυρώσας ἑαυτὸν τῇ πρὸς τὸν ὅσιον πίστει, καὶ ἐλπίσας δι' αὐτοῦ τυχεῖν τῆς οὐρανῶν βασιλείας, ἠγάπησεν αὐτὸν ὡς αὐτὸν τὸν Θεόν. τοὺς δὲ λόγους, οὓς ἤκουεν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ νουθετοῦντος ἀφ' ἑαυτοῦ, ἢ καὶ ἑρμηνεύοντος τὰς γραφὰς, οὕτως ὑπεδέχετο, καὶ ἠδύνετο ἐπ' αὐτοῖς, ὡς ἐν διαθέσει γίνεσθαι τοῦ εἰπόντος· ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου. διὸ καὶ ὑπέφερε τὴν ἄφατον ἄσκησιν ἐκείνην, μεταβληθεὶς ἀθρόον ἀπὸ τῆς ἔξω συνηθείας εἰς ταύτην· εἰς ἣν πολλοὶ δοκιμάσαντες εἰσελθεῖν καὶ καρ-

quam experti complures cum animo persistendi in proposito, cito

καρτερῆσαι, ταχέως ἀπεπήδησαν, καὶ ἀπέδρασαν. τὸ δὲ θαυμαστὸν, ὅτι μηδέποτε γράμματα μαθὼν, οὕτως ἔψαλλε τὴν ὑμνῳδίαν ἔν τε ψαλμοῖς καὶ κανόσιν, ὥστε θαυμάζειν καὶ ἐκπλήττεσθαι πάντας τοὺς ἀκούοντας αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν τὸν ὅσιον πατέρα ἀναπαύεσθαι ἐπὶ τῇ εὐρύθμῳ καὶ εὐκατανύκτῳ ψαλμῳδίᾳ αὐτοῦ. παρὰ τὰς ἀρχὰς μὲν οὖν ὡς ἀπὸ συνηθείας, ἡνίκα μικρὸν ηὐκαίρει, ἐξηγεῖτο πρὸς τὸν τυχόντα, ἃ εἶδε καὶ ἤκουσεν ἐν τῷ κόσμῳ. Εἶτα ὡς παρὰ τοῦ πατρὸς ἐνεκόπτετο, λέγοντος πρὸς αὐτόν· οὐὰ κῦρι, ποῖος συγγραφεὺς, ὁ Λουκᾶς ἐγένου, ἢ ὁ Ματθαῖος; εὐθέως κρούων εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ ἀνίστατο, καὶ ἀπερχόμενος κατὰ μόνας, τοσοῦτον ἑαυτοῦ τὰς παρειὰς ἐμάστιζεν, ὑβρίζων καὶ ἐπιτιμῶν ἑαυτὸν, ἕως οὗ ἀρκούντως ἐδάκρυε.

Γέγονε δὲ καὶ τοιοῦτόν τι ἐν τῷ κάστρῳ τῷ καλουμένῳ Βισινιάνῳ· νεώτερός τις τῶν σφόδρα ἀκαταστάτων ὑπήντησεν ἑβραίῳ ὑποστρέφοντι ἀπὸ πραγματείας, καὶ δελεασθεὶς ἐπὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ἀποφερομένοις, μαχαίρᾳ τοῦτον συγκατακόψας ἀπέκτεινε, καὶ ἄρας τὸν ὄνον αὐτοῦ σὺν τῷ γόμῳ, φυγῇ ἐχρήσατο. κρατηθεὶς οὖν ὁ τούτου κηδεστὴς ὑπὸ τῶν τότε κρατούντων παραδίδοσθαι τοῖς ἰου-

δαίοις

cito reſilierunt, & aufugerunt. Et quod mirum erat, cum nũquã didiciſſet litteras, ita pſallebat & cantabat pſalmos & hymnos, vt mirarentur & obſtupeſcerent omnes, qui audiebant; & ipſe ſanctus Pater oblectaretur ſuaui eius melodia, Spiritus compunctionem ingenerante. Et primo quidem tempore ſi quando illi parum vacaſſet, narrabat vt ſui moris antiqui erat, cuiuis quæ vidiſſet, & audiſſet in ſæculo. Interrumpente autem Patre ſermonem, ac dicente; Vah, Qualis tu Domne ſcriptor; Lucas, an Matthæus euaſiſti? ſtatim ille os ſuum percutiens ſurgebat; ſecedenſq. tam diù ſibi genas cædebat, ſeſe obiurgans, probriſq. onerans, quoad ſatis lacrymarum excuteret.

Contigit etiam tale quidpiam in oppido, quod Biſinianum appellatur. Iuuenis quidam valde procax obuiũ forte habuit Hebræum à negotiatione redeuntem; & captus auiditate merciũ gladio conciſum iugulauit; tollenſq. aſinã cum ſarcina fugam arripuit. Captus ergo eſt ſocer eius à loci moderatoribus, & Iudæis

tra-

traditus ad crucifigendum ob iugulatum Hebræum. Vbi id resciuit sapientissimus Nilus à propinquis damnati, scribit ad iniquos iudices in hunc modũ.

Oportebat quidẽ vos legis conscios iuxta legem quoque ferre sententias, quæ plectendum iubet Christianum vnum pro septem Iudæis. Aut ergo sex alios tradant Hebræi de suis occidẽdos pro eo, qui crucifigendus est: aut si vobis omnino constitutum est peruertere optimas leges, detur Iudæis ad crucifigendũ ille, quẽ ad vos mitto cum litteris, vir nobilis ex primarijs Rossani, & liberetur miser ille; vt simul ipsi & vxori & liberis misericordia impendatur.

Vocauit ergo B. Pater Abbatem Georgiũ; & nihil aperiens eorum quæ scripserat, epistolam dat, & Bisinianum mittit. Acceptis lectisq. litteris, ad senem Iudices; O monache, inquiunt, scripsit Pater, vt Iudæis te tradamus ad crucifigendum. placet ne tibi? & ille: Paratus sum ad implendũ quicquid scripsit dominus meus. & si forte non est qui cru-

δαίοις τοῦ σαυρωθῆναι ἀντὶ τοῦ σφαγέντος ἑβραίου. καὶ τοῦτο μαθὼν ὁ σοφώτατος Νεῖλος παρὰ τῶν ἰδίων τοῦ κατακεκριμένου, γράφει πρὸς τοὺς ἀδίκους κριτὰς ταῦτα·

Ἔδει μὲν ὑμᾶς τὸν νόμον ἐπισταμένους, κατὰ τὸν νόμον ἀποφαίνεσθαι καὶ τὰς κρίσεις, τὸν κελεύοντα ἀπόλλυσθαι ἕνα χριστιανὸν ὑπὲρ ἑπτὰ ἑβραίων. ἢ τοίνυν δότωσαν ἐξ αὐτῶν οἱ ἑβραῖοι ἑτέρους ἓξ τοῦ ἀποκτανθῆναι ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος σαυρωθῆναι· ἢ ἄγε ὅλως ἔδοξεν ὑμῖν παρακρῖναι τὰ καλῶς νενομοθετημένα, ὅνπερ αὐτόθι μετὰ τῶν γραμμάτων ἀποστέλλω, εὐγενὴς δὲ ἐστι τῶν πρώτων τοῦ Ῥυσιανοῦ, δοθήτω τοῖς ἰουδαίοις τοῦ σαυρωθῆναι, καὶ ὁ πτωχὸς ἐλευθερωθήτω, ἵνα σὺν αὐτῷ καὶ γυνὴ καὶ τέκνα ἐλεηθῶσιν.

Καλέσας οὖν τὸν ἀββᾶν Γεώργιον ὁ ὅσιος, καὶ μηδὲν αὐτῷ εἰρηκὼς ὧνπερ ἔγραψε, δίδωσιν αὐτῷ τὴν ἐπιστολὴν, καὶ ἀποστέλλει εἰς τὸ Βυσινιανόν. δεξάμενοι δὲ οἱ κριταὶ, καὶ ἀναγνόντες τὰ γεγραμμένα, λέγουσι πρὸς τὸν γέροντα· ὧδε καλόγηρε ὁ πατὴρ ἔγραψεν, ἵνα σὲ δῶμεν τοῖς Ἰουδαίοις τοῦ σαυρωθῆναι· ἀρέσκει σοι; λέγει αὐτοῖς ἐκεῖνος· ἑτοιμός εἰμι εἰς πᾶν ὃ ἔγραψεν ὁ κύριός μου πληρῶσαι. εἰ δὲ καὶ τὸν σαυρὸν οὐκ ἔστι τὶς ὁ κατασκευάζων,

ζων, ἐγὼ οἶδα καλῶς αὐτὸν πελεκῆσαι. οἱ δὲ αἰδεσθέντες τὴν τοῦ γέροντος προθυμίαν, καὶ τοῦ ἀποστείλαντος τὴν μεγαλοφυΐαν, καὶ τὸν πτωχὸν ἠλευθέρωσαν, καὶ τὸν γέροντα μετὰ τιμῆς μεγίστης ἀπέλυσαν. ἔτι δὲ καὶ ἔτι κατὰ καιρὸν ἐπερχομένων τῶν ἀθέων Σαῤῥα. κλονούντων τοῖς τόποις ἐκείνοις, καὶ μὴ δυναμένων καθίσαι ἐν τῷ σπηλαίῳ τῶν ὁσίων πατέρων, ἐκεῖθεν γὰρ ἦν ἡ δίοδος τοῦ φοσσάτου, ἔδοξε τῷ μεγάλῳ καταλιπεῖν τὰ ἐκεῖσε· καὶ καταλαβὼν τὰ περίχωρα τῆς πατρίδος, ἔμεινεν ἐν τόπῳ οἰκείῳ, ἐν ᾧ μικρὸν εὐκτήριον ἵδρυτο τοῦ ἁγίου Ἀδριανοῦ· νομίσας μηδέποτε ἐκεῖ εἰσελεύσεσθαι ἔθνος διὰ τὸ δύσβατον καὶ παρόδιον εἶναι τὸν τόπον. Τούτου δὲ γενομένου ἤρξαντό τινες τῶν πτωχῶν τῷ πνεύματι, οὓς καὶ εἰς τὸ οἰκεῖον δεῖπνον ἐκάλει ὁ Κύριος, προσέρχεσθαι τῷ πατρί, καὶ τὴν συνοίκησιν δέχεσθαι. ὁ δὲ σπλαγχνιζόμενος ἐπ᾽ αὐτοῖς, ἐδέχετο τούτους, καὶ ψυχῶν καὶ σωμάτων αὐτῶν τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύετο. καὶ μικρὸν δὲ προϊόντες τοῦ χρόνου συνήχθησαν μέχρι τῶν δώδεκα, καὶ πλείους, καὶ μοναστήριον θεοῦ συνεργοῦντος ὁ τόπος ἐγένετο· πλείστων μὲν ἀποδιδρασκόντων τὸ δραστικὸν τοῦ κανόνος, καὶ τὸ σκληρὸν τῆς διαίτης, ὅσοι τὴν πλατεῖαν

τεῖαν

Crucē conficiat, ego satis peritus sum eius fabricandæ. Illi promptum senis animum reueriti, ac mittentis generositatem, & miserum illum absoluerunt, & senem summo cum honore dimiserūt. Impijs porro Sarracenis loca illa inuadētibus statis vicibus, sancti Patres in spelunca considere nō poterant; illac enim iter patebat exercitui. Visum ergo est magno patri locum deserere. Quare profectus in adiacentes patriæ sedes mansit in sui iuris loco, in quo posita erat sancti Adriani ædicula; ratus eo nunquā peruasuros infideles propter difficultatem ac distantiā loci. Quod vbi factum, cœperunt quidam spiritu pauperes ex eorum numero, quos Dominus ad cœnā vocabat, con- *Luc. 14.* uenire ad Patrem, & rogare vt reciperentur in cōtubernium. Ille verò misericordia permotus suscipiebat, & saluti corporū animarūq. cōsulebat. & factū est decursu tēporis, vt fratres iā essent ad duodecim, vel etiā plures; & locus Deo iuuāte euaserit monasteriū. Enimuerò fugiebāt plurimi operosam regulam, & spinosam vitę rationem, quotquot spatiosam

I viam

viam præferebãt anguſtæ, tolerantibus eã Dei amantibus viris,& perferentibus omnia propter regnũ cælorum.Erant porro duo quidã germani fratres vicinum incolentes locũ, qui tum ſpiritus maligni ſtimulis agitati, tum inuidiæ facibus, cœperunt obloqui ſancto viro, & quauis occaſione detrahere,ſeductorem vocantes & magum, hypocritam, & mendacẽ,& quicquid aliud ſuggerebat improbitas. Hæc beatus vir cum audiſſet,conabatur omni ſtudio liuorẽ extinguere, & cordibus eorum mederi: quod etiam non multo poſt aſſecutus eſt.

Cũ enim illi calumnijs impeterent, & maledictis vehementer lacerarent,ipſe contra laudibus cumulare,& commẽdare multum apud omnes, vt ſanctos viros. Cũ verò illi rurſus arrepta occaſione modica, vel iumento tranſiliente fines clauſtri,vel ſtipulam vento inferente, contra ſanctum egrederentur ſexcenta effundentes conuicia, & impudenter contumelijs pugnarent, tunc Pater præcipiebat fratribus,ne quiſquam illis quippiã reſponderet; & Dauidem in

τῶν ὁδὸν τῆς στενῆς προαιρουμένων· τῶν δήγε φιλοθέων ἐγκαρτερούντων, καὶ πάντα ὑποφερόντων διὰ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. ἦσαν οὖν δύο ἀδελφοὶ ὁμαίμονες πλησίον ἐκεῖ καθήμενοι, οἵτινες ὑπὸ τοῦ πονηροῦ πειραζόμενοι, καὶ τῷ φθόνῳ βαλλόμενοι, ἤρξαντο καταλαλεῖν τοῦ δικαίου, καὶ ἐν παντὶ αὐτὸν διασύρειν, πλάνον εἶναι τε λέγοντες καὶ μάγον, ὑποκριτήν τε καὶ ψεύστην, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐπικῆσε ἡ κακία. ταῦτα δὲ ὁ μακάριος ἀκούσας, ἠγωνίζετο παντιοτρόπως τὸν φθόνον αὐτῶν κατασβέσαι, καὶ ἀποθεραπεῦσαι αὐτῶν τὰς καρδίας, ὃ καὶ πεποίηκε μετ' ὀλίγον·

Ἐκείνων γὰρ διαβαλλόντων καὶ σφόδρα κακολογούντων, οὗτος τὸ ἐναντίον οὐκ ἐπαύετο εὐφημῶν, καὶ ἐπαίνους πολλοὺς περὶ αὐτῶν ἀναγγέλλων εἰς πάντας ὡς ἐπὶ ἁγίων. ἡνίκα δὲ πάλιν ἐκεῖνοι μικρᾶς τινος ἀφορμῆς ἐπιλαμβάνοντο, ἢ κτήνους διαβαίνοντος τὸ κλεῖσμα, ἢ φρυγάνου παραρρυέντος ὑπὸ ἀνέμου, ἐξερχόμενοι ἄντικρυς τοῦ δικαίου μυρίας λοιδορίας ἐλάλουν, ἀναισχύντως μαχόμενοι καὶ ὑβρίζοντες. ὁ δὲ πατὴρ παραγγείλας τοῖς ἀδελφοῖς μηδένα μηδὲν αὐτοῖς ἀνταποκριθῆναι, ἄγερον ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ τὸ Δαβὶδ ὑπαχόρει·

χώρει. κἀκεῖνοι αὐτὸν θεωροῦντες, κραυγάζοντες ἔλεγον· βλέπεις τὸν ὑποκριτήν; ἑαυτὸν ποιεῖ ἅγιον, καὶ ἡμᾶς δαίμονας. οὐ καλῶς ἐλέγομεν, ὅτι ὁ διάβολός σε ἐνταῦθα ἤγαγεν, ἵνα καθ' ἡμέραν μαχώμεθα; ὁ δὲ ἀκούων οὐκ ἀπεκρίνετο· ἀλλὰ τῆς ἑσπέρας καταλαβούσης, εἴτε τῇ ἐπαύριον ἡμέρᾳ, ἡνίκα ἐθεώρει ὅτι εἰσῆλθον τοῦ γεύσασθαι, ἀπερχόμενος πρὸς αὐτοὺς ἐποίει αὐτοῖς μετάνοιαν αἰτούμενος τὴν συγχώρησιν. Εἶτα συνεσθιόμενος αὐτοῖς καὶ συναγαλλόμενος, τῇ καλῇ συνέσει αὐτοῦ ἐθεράπευε τὰς καρδίας αὐτῶν, καὶ ὑπέστρεφε μετὰ χαρᾶς εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ.

Μετὰ δὲ χρόνον ἱκανὸν τελευτῶν ὁ μειζότερος ἀδελφὸς, ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ ἁγίου πατρὸς κατέλιπεν ἅπερ ἂν ἐκέκτητο καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς αὐτὰ ᾠκονόμησε κατὰ τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ.. Μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν ἐλήλυθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀββᾶ Γεωργίου ἐν τῷ μοναστηρίῳ, φέρων μεθ' ἑαυτοῦ βόας τρεῖς εὐειδεῖς πάνυ μάλα καὶ μεγάλας. καλέσας δὲ ὁ μέγας τὸν γέροντα λέγει αὐτῷ· τί ἐνήνοχας ὧδε τοὺς βόας τούτους; ὁ δὲ δήσας τὰς χεῖρας ὡς ἐπὶ ἀρχόντων, ἀπεκρίνατο μετὰ φόβου· τιμιώτατε πάτερ, ἐπειδὴ κοπιῶσιν οἱ ἀδελφοὶ, ἵνα ἐργάσωνται

τὸν

ore habens abibat. At illi videntes magno clamore dicere: Vides hypocritam? ſe ipſum ſanctum, & nos æſtimat dæmones. Nonne bene dicebamus, à diabolo te huc adductum, vt pugnam quotidie conſeramus? Ille verò audiens nil reſpondebat, ſed veſperi, aut etiã poſtridie, poſtquã eos ad prandium vidiſſet ingreſſos, accedebat, procumbenſq. petebat veniam. Tum verò conueſcens, communiq. lætitia perfruens, egregia ſua prudentia corda eorum deliniebat, & cum gaudio ſuam in cellam reuertebatur.

Poſt aliquãtũ tẽporis natu maior frater moriens, omnia quæ poſſidebat, ſancto Patri legauit, & fratrẽ cõmendatũ reliquit: & ipſe ſecundũ Dei voluntatẽ diſpoſuit omnia.

Quadam porro die venit in monaſteriũ filiꝰ Abbatis Georgij tres ſecũ afferẽs vaccas valdè pulchras & magnas. Accerſiuit ergo magnus Pater ſenẽ, & ait. Cur haſce vaccas huc attuliſti? Ille verò colligãs ſibi manus, vt corã Principibus fieri ſolet, cũ timore reſpondit: Plurimum venerande Pater, quoniam fratres laborant ad

comparandum panem quotidianũ, commodum erit, si per te licebit, eas habere ad labores modice subleuandos. & magnus Pater; Non his, inquit indigent fratres; imò conducit eis, vt laborent. Vade igitur, macta, & dilargire pauperibus. Statim vt senex audiuit, nulla interposita mora, sublatis manicis brachia nudauit, & arrepto gladio ad cædẽdas ibat vaccas: & impleſſet præceptum, niſi pater velocius acclamando manum detinuiſſet. Cognita ergo Pater in eius animo Abrahamica virtute; Ne occidas, inquit; quia parũ vtilitatis erit. Sed duas quidẽ demus egentioribus & numerosioribus monasterijs, tertiã vero cũ vicinis iungentes neceſſitatem nostrã subleuemus. Nam quod supra indigentiã est, ad auaritiam pertinet. Cũ ergo factum eſſet, vt pater iuſſerat, magnam frumenti copiã anno illo collegerũt: & omnes Deo gloriam dabant.

Cum aliquando tres fratres in molendinum iſſent cum tribus iumentis onustis, redirẽtq. postero è mola, iamquè prope monasterium eſſent, viso accẽso in via rogo, dixerunt: In- mo-

τὸν ἐπιούσιον ἄρτον, καλόν ἐστιν εἰ κελεύεις, ἵνα ἔχωσι ταῦτα βραχύ τι παραμύθιον. λέγει οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ πατήρ. οὐ χρείαν ἔχουσι τούτων οἱ ἀδελφοί· μᾶλλον δὲ συμφέρει αὐτοῖς, ἵνα κοπιῶσι. ἀλλ' ἀπελθὼν σφάζον, καὶ διάδος αὐτὰς τοῖς πτωχοῖς. εὐθέως δὲ ὁ γέρων ἀκούσας, καὶ μηδὲ πρὸς ὥραν μελλήσας, ἀνεκομβώσατο τὰς χεῖρας, καὶ τῆς μαχαίρας δραξάμενος ὥρμησε τοῦ τελέσαι τὸ κελευόμενον. καὶ ἐπλήρωσεν ἂν εὐθέως, εἰ μὴ ταχέως φωνήσας ὁ ὅσιος τὴν χεῖρα ἐκώλυσεν. Τότε γνοὺς ὁ πατὴρ τὸ ἀβραμιαῖον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ· μὴ φονεύσῃς αὐτὰ ἔφη, ἐπειδὴ ὀλίγον ὄφελος γίνεται· ἀλλὰ τὰ μὲν δύο δώσομεν ἐπὶ τὰ ἐνδεῆ μοναστήρια καὶ πληθυντικώτερα, τὸ δὲ ἕτερον μίξαντες μετὰ τῶν γειτόνων ἡμῶν, τὴν χρείαν ἡμῶν ἐργασώμεθα· ὅτι πᾶν τὸ ὑπὲρ τὴν χρείαν πλεονεξία ἐστί. ποιήσαντες οὖν ὡς ὁ πατὴρ διετάξατο, ἐποίησαν τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον σῖτον πολὺν, καὶ πάντες ἐδόξαζον τὸν Θεόν.

Ποτὲ δὲ τριῶν ἀδελφῶν ἐκ τοῦ μοναστηρίου ἐν τῷ μύλωνι ἀπελθόντων μετὰ τριῶν ζώων πεφορτωμένων, μετὰ τὸ ἀλέσαι τῇ ἐπαύριον ὑποστρεφόντων, καὶ ἤδη τῇ μονῇ ἐγγιζόντων, ὁρῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ πυρὰν καιο-

κοιμωμένῳ καὶ λέγει πῶς· ὅτι ἐν τῷ μοναστηρίῳ νηστεύουσιν· ποιήσωμεν ὧδε ἄρτον καὶ φάγωμεν, μήποτε νήστεις ἀπελθόντες καὶ ἡμεῖς μετ' αὐτῶν νηστεύσωμεν. καὶ οὕτως ἐποίησαν, καθὼς ἐβουλεύσαντο. Γνοὺς δὲ ὁ πατὴρ τῷ πνεύματι τὰ περὶ αὐτῶν, ἐκέλευσεν ἑτοιμάσαι τῷ κελλαρίτῃ, ἵνα φησὶ τῶν ἀδελφῶν φθασάντων ἀπὸ τοῦ μύλου γευσώμεθα ἄρτου. εὐθέως οὖν ἐκείνων ἐλθόντων, καὶ πάλιν μετὰ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν γευσαμένων, μετὰ τὸ τῆς τραπέζης ἐξαναστῆναι, καλεῖ αὐτοὺς ὁ πατὴρ κατὰ μόνας, καὶ λέγει αὐτοῖς· διατί ὑπηκούσατε τῷ διαβόλῳ συμβουλεύσαντι ὑμῖν ποιῆσαι κατὰ τὴν ὁδὸν ἄρτους καὶ φαγεῖν; μὴ μακρὰν τῆς μονῆς ἐτυγχάνετε; ἢ δοῦλοι μου ὑπάρχετε, ἵνα διὰ τὸν ἐμὸν φόβον λάθρα ἐσθίητε; ὑμεῖς ἀδελφοί μου ἐστὲ, καὶ ὁ ἄρτος ὑμέτερος κόπος ἐστὶν, καὶ οὐδείς ἐστιν ὁ βιάζων ὑμᾶς παρὰ τὴν προαίρεσιν ὑμῶν. τοῦτο τοίνυν γινώσκοντες μηδέποτέ τι παρὰ κανόνα ποιήσητε. οἱ δὲ ἀκούσαντες ἔβαλον μετάνοιαν, καὶ ἐπηγγείλαντο τοῦ λοιποῦ διορθοῦσθαι.

Ἄλλοτε πάλιν τοῦ μεγάλου πατρὸς ἐν τῇ μονῇ μὴ ὑπάρχοντος ἐλήλυθέ τις παρθένος συντυχεῖν αὐτῷ βουλομένη, μὴ εἰδυῖα ὅτι προαιρεῖται μᾶλλον ἀσπίδι, ἢ γυναι-

monasterio nunc ieiunatur. Conficiamus hic panē, & comedamus; ne si ieiuni illuc peruenerimus,& nos cum illis ieiunemus. feceruntq. vti deliberauerāt. Cognouit hoc spiritu Pater, & præcepit cellæ præfecto, vt mensam apponeret, quò fratribus, inquit, veniētibus pane vescamur. è vestigio venerunt illi, iterumque cum Patre & fratribus cibum sumpserunt. Ergo è mensa surgentes vocat seorsum Pater, & ait: Quare præbuistis aurē diabolo cōsilium danti, vt per viam conficeretis panem, & vesceremini? Numquid à monasterio longè eratis? aut serui mei estis, vt quia me timetis clam comedatis? Vos fratres mei estis, & panis vester est labor, nec est qui præter voluntatem vos adigat. Hoc igitur scientes, nihil vnquam committatis, per quod regula frāgatur. Quod illi audiētes prostrauerunt se, promiseruntq. in posterum vitam se emendaturos.

Alio tēpore cum Pater abesset, virgo quædam venit in monasterium, vt eum alloqueretur: nec sciebat, malle illum aspidis commercium, quam mu-

mulieris sermonem. & cum fratres omnes quietè in cellis morarentur, & neminem illa vidisset in ecclesia, ingressa est, & orauit. Vt ergo fratres egressam viderunt, conquesti de illa sunt, quod præter consuetudinem fecisset. Et illa vbi resciuit Patrem abesse, cōfestim abijt. Reuersus magnus Pater post dies quatuor, cœpit fratres qui ad consalutandum conuenerant, increpare ac dicere: Tales vos estis monachi, quos vna mulier adueniens cluserit, & vestram ecclesiam fœtore oppleuerit? Profectò digni estis, qui graui pœna mulctemini. Illi verò stupentes miraculum, procubuerunt, & veniam petierunt. At verò beatus reuera Georgius egregijs iuxta Dei legem editis operibus, & probatus illi propter abstinentiam & asperum vitæ institutum, necnon obedientiam nihil dijudicantem, & summā humilitatem, & suæ voluntatis abnegationem, quod est & vocatur martyriū; migrauit ad Dominum, præmia recepturus, propter quæ sustinuit omnia. Super hoc magnus Pater egit Deo gratias, pro certo habens, se pri-

mitias

ἢ γυναικὶ ὁμιλῆσαι. τῶν δὲ ἀδελφῶν εἰς τὰ κελλία ἡσυχαζόντων, ἰδοῦσα αὐτὴ τὴν ἐκκλησίαν μεμονωμένην, εἰσῆλθε καὶ ηὔξατο. ἰδόντες δὲ αὐτὴν οἱ ἀδελφοὶ ἐξεληλυθυῖαν, ἐγόγγυσαν κατ᾽ αὐτῆς ὡς παρὰ συνήθειαν ποιησάσης. ἡ δὲ μαθοῦσα ὅτι ὁ πατὴρ οὐκ ἔστιν ἐκεῖσε, ἀπῆλθεν εὐθέως. καταλαβὼν οὖν ὁ μέγας μετὰ τετάρτην ἡμέραν, καὶ τῶν ἀδελφῶν εἰς προσκύνησιν αὐτοῦ συναχθέντων, ἤρξατο αὐτοῖς ἐπιμέμφεσθαι, καὶ λέγειν· τοιοῦτοι μοναχοί ἐστε ὑμεῖς, ὅτι μία γυνὴ ἐλθοῦσα κατεπάτησεν ὑμᾶς, καὶ συνώζησε τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν; ὄντως μεγάλης ἐπιτιμίας ἐστὲ ἄξιοι. οἱ δὲ καταπλαγέντες ἐπὶ τῷ θαύματι, ἔβαλον μετάνοιαν, καὶ συγχώρησιν ἐξητήσαντο. Ὁ τοίνυν μακάριος ἀληθῶς Γεώργιος μεγάλως κατὰ Θεὸν πολιτευσάμενος, καὶ εὐαρεστήσας αὐτῷ ἔν τε ἐγκρατείᾳ, καὶ κακουχίᾳ, καὶ ὑπακοῇ ἀδιακρίτῳ, καὶ ταπεινώσει μεγίστῃ, καὶ τῇ κοπῇ τοῦ οἰκείου θελήματος, ὅπερ μαρτύριον ἐστί τε καὶ λέγεται, πρὸς Κύριον ἀπεδήμησεν, ἀποληψόμενος τὰ δι᾽ ἃ πάντα ὑπέμεινεν. ἐπὶ τούτῳ μεγάλως τὸν Θεὸν ηὐχαρίστησε πληροφορηθεὶς, ὅτι ἀληθῶς δόκιμον γεώργημα καὶ ἀναφαίρεμα εὐπρόσδεκτον καρπὸν αὐτοῦ τῷ

Χρι.

Χριστῷ προσηγάγετο. αὐτὸς δὲ ἀνεξάλειπτα ἔχων ἐν τῇ ψυχῇ τὰ τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ἐντάλματα· καὶ τὸ, ὑμεῖς δὲ μὴ κληθῆτε ῥαββὶ, μηδὲ κληθῆτε καθηγηταί· οὐδέποτε κατεδέξατο ἀκοῦσαι οἷον δήποτε ὄνομα δόξης ὑπόληψιν ἔχον· ἀλλ᾽ ἀεὶ τὸ φρόνημα πάντων κατώτερον ἔχων, ὡς ἕνα τῶν ἐσχάτων ἀδελφῶν ἑαυτὸν ἐλογίζετο. διὸ καὶ τῶν τέκνων τῆς ἐρήμου πληθυνομένων, καὶ καθ᾽ ἡμέραν ὑπ᾽ αὐτοῦ πνευματικῶς γεννωμένων, καὶ εὐαγγελικῶς ποιμαινομένων, ἑτέρῳ τὸ τῆς ἡγουμενείας ὄνομα πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἐνεχείριζεν· ὧν εἷς ὑπῆρξε καὶ πρῶτος ὁ παμμακάριστος καὶ τρισόσιος Πρόκλος, ἀνὴρ τῆς ἐγκυκλίου παιδεύσεως σφόδρα πεπειραμένος, βιβλίων τῶν ἔξωθεν καὶ τῶν ἡμετέρων, ἐκδοθέντων τε καὶ τῶν ὕστερον ἐκτεθέντων κιβωτὸν τὴν οἰκείαν καρδίαν ἀποτελέσας. ὅς τις ἐλέγετο πρὸ τοῦ μονάσαι ἔτι νέος ὤν, ἐν τῷ κάστρῳ τυγχάνων, τοιαύτην ἐσχηκέναι τὴν ἐργασίαν· καθ᾽ ἑκάστην νηστεύων ἕως ἑσπέρας, καὶ τῇ ἀναγνώσει σχολάζων, ἀπεχόμενος τῶν ἐκκαιόντων καὶ ἡδυνόντων βρωμάτων τε καὶ πομάτων, περιήρχετο ἀφ᾽ ἑσπέρας

ἕως

mitias ſuas obtuliſſe Chriſto, egregium ſuæ agricolationis fructum, & oblationem acceptiſſimam. Ipſe vero indelebilia gerens animo Sancti Euangelij præcepta : & illud : Vos *Matt. 23. 8.* autē nolite vocari Rabbi, nec vocemini magiſtri: numquam paſſus eſt vocari quouis nomine, quod opinionē gloriæ præſeferret : Sed infra omnes humillimè de ſe ſentiens, vnum ſe de minimis fratribus habebat. Quapropter creſcente numero filiorum eremi, & naſcentibus quotidie ſpiritaliter ex ipſo qui euangelica viuerent regula, titulum Hegumeni toto vitæ ſuæ tēpore alteri tribuebat: quorum vnus & primus extitit beatiſſimus & ſanctiſſimus Proclus, vir humanioribus litteris apprimè eruditus, & qui ſuum cor fecerat ſacrorum & profanorū librorum arcam; & tam eorum quæ nunquam diuulgata, quā quæ poſtea in lucē edita ſunt. Narrabant autem, illum antequā monachus eſſet, in eo ſe iuuenem exercuiſſe, vt quotidie ad veſperam vſque ieiunaret, & in lectione totus eſſet, & abſtineret cibo & potu, qui ardoris voluptatiſque fomes eſſet : à veſpera ad matutinum tempus

pus

pus cunctas peragraret Ciuitatis ecclesias totum recitando psalterium; & ad ianuam cuiusque ecclesiæ tot profundis incuruationibus se inflecteret, quot ipse sibi præstituisse sciebat: nam occulta eius opera nulli patebant.

Hic monasticum ingressus stadium, sigilloque instituti ad virtutem ferentis à sancto Patre nostro Nilo insignitus, tanta abstinentia, tantaq. vitæ asperitate vsus est, vt membra sua, quæ sunt super terram mortificauerit, & molestissimis morbis afflictus fuerit vsque ad vltimum vitæ spiritum. Verum res ab eo gestas, quæ integræ historiæ vtilitatis plenæ possēt esse materies, relinquamus illi, quē nihil latet, & pro labore suo quemque remunerat, & ad magni Patris narrationem redeamus.

Per id tēpus Rossano post vehemētissimos multorū dierum ac noctiū imbres magno terræ motu quassato, & superiori eius parte, hoc est ędibus & templis, collapsa in inferiorem, ita vt domos & ecclesias obruerit, excepta episcopali ecclesia ob reuerentiam sanctæ Irenes; admirandum erat & hor-

ἕως ὄρθρου πάσας τὰς ἐκκλησίας τοῦ κάστρου πληρῶν τὸ ψαλτήριον, καὶ καθ' ἑκάστην θύραν αὐτῶν ποιῶν μετανοίας, ὅσας ἑαυτῷ ἐκεῖνος τυπώσας ἐγίνωσκεν. οὐδεὶς γὰρ τὴν ἐν κρυπτῷ ἐργασίαν αὐτοῦ ἠπίστατο.

Οὗτος τοίνυν εἰσελθὼν εἰς τὸ μοναδικὸν στάδιον, καὶ ὑπὸ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Νείλου τῆς ἐναρέτου πολιτείας τὴν σφραγῖδα ἐνσημανθείς, τοσαύτῃ ἐγκρατείᾳ τε καὶ ἀσκήσει ἑαυτὸν καθυπέβαλεν, ὥστε νεκρῶσαι αὐτοῦ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀσθενείαις πικραῖς περιπαλαῖσαι μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκείνου ἱκανὰ ὄντα ἰδίαν συγγραφὴν ὠφελείας μεστὴν ἐκτελέσαι, τῷ τὰ πάντα ἐπισταμένῳ καὶ πᾶσιν ἀποδιδοῦντι κατὰ τὸν ἴδιον κόπον Θεῷ ἀναθήσωμεν· ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὴν τοῦ μεγάλου πατρὸς διήγησιν ἀνακάμψωμεν.

Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ σεισμοῦ μεγάλου καταλαβόντος τὸ Ῥυσιάνον μετὰ πολλῶν νυχθημέρων ὀμβροκλυσίαν, καὶ τοῦ ἀνωτέρου μέρους ἐπαναστάντος σὺν οἴκοις καὶ εὐκτηρίοις, καὶ ἐπελθόντος τοῦ κατωτέρου, καλύψαντός τε οἴκους καὶ ἐκκλησίας, καὶ μὴ αἰδεσθέντος εἰ μὴ μόνην τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας Εἰρήνης, θαυμαστὸν ἦν καὶ φο-

φοβερὸν τοῖς ὁρῶσι τὸ γεγονὸς, ἀλλὰ ἐξ ἄλλων φαινόμενα τὰ πάντα, καὶ ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων. τὸ δὲ παράδοξον, ὅτι ἐν τοιούτῳ κατακλυσμῷ φοβερῷ οὐδεμία ψυχὴ ἀνθρώπου ἢ κτήνους ἀπώλετο. ταῦτα τοίνυν πολλῶν ἐξηγουμένων τῷ μακαρίτῃ, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐκπληττομένου ἔδοξεν αὐτῷ μετὰ ταῦτα εἰσελθεῖν καὶ ἱστορῆσαι τὰ γεγονότα. ὁ δὲ τρόπος τῆς εἰσόδου αὐτοῦ ἦν τοιόσδε· εὑρὼν γὰρ κατὰ τὴν ὁδὸν δέρμα ἀλώπεκος ἐρριμμένον, καὶ τοῦτο τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ περιδήσας, τὸ δὲ περιβόλαιον ἐν τῇ ῥάβδῳ παρὰ τὸν ὦμον κρεμάσας, οὕτω διῆλθεν ἅπαν τὸ κάστρον ὑπ' οὐδενὸς γνωριζόμενος. οἱ δὲ παῖδες ἰδόντες αὐτὸν ἐν τοιούτῳ σχήματι διερχόμενον, ἠκολούθουν αὐτῷ λιθάζοντες αὐτὸν καὶ λέγοντες· ὦ σὺ βούλγαρε καλόγηρε· καὶ ἕτεροι φράγκον αὐτὸν ἀπεκάλουν, καὶ ἄλλοι ἀρμένιον. αὐτὸς δὲ σιωπῶν, περιβλεψάμενος πάντα, ὀψίας ἤδη οὔσης ἀπέρχεται ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ ῥίψας ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τὸ δέρμα, θεὶς δὲ τὸ εὐτελὲς περιβόλαιον ἐπὶ τῶν ὤμων, εἰσέρχεται μετὰ πόθου καὶ κατανύξεως προσκυνῆσαι τὴν ὑπέραγνον θεοτόκον, τὴν αὐτοῦ παιδαγωγὸν καὶ προστάτιν. ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ προσμονάριος, ὃς ἐγένετο

Κα-

& horribile vidētibus ſpectaculum; cum mutata eſſet vbique resũ facies, & alia ſe oculis pro alijs offerrent. & quod ſtuporē mouebat, in tam horrendo diluuio nullus homo, nullum iumentum perierat.

Cum hæc multos narrãtes B. Pater audiret & obſtupeſceret, viſum illi eſt poſtmodũ ingredi, & contueri quod contigerat. ingreſſus autem eſt ad hunc modum. Proiectam in via pellem vulpinam inuenit, capitique circumligauit; palliũ vero baculo iniectum gerebat humero. ita totum pertranſijt oppidũ omnibus incognitus. Videntes autem pueri hoc habitu euntē, ſequebantur lapillis petenteš, dicētesque: Heus Bulgare Calogere; alij Francum; alij vocabant Armeniũ. Ille verò tacitus cum omnia perſpexiſſet, ad veſperam contulit ſe in maiorem eccleſiam; & abiecta pelle de capite, vilique pallio humeris impoſito, ſubit magno cum deuotionis & compunctionis affectu, vt adoraret Virginem omni puritate ſublimiorem; cuius ille ductu & patrocinio viuebat. Cum vero Præfectus cuſtodiæ templi vidiſſet eum

Ca-

Caniſcas nomine, quo is olim præceptore vſus fuerat, & quidam alij ſacerdotes, & magnũ Patrem agnouiſſent, acceſſerunt & ad pedes eius prouoluti ſunt, admirantes de inſolito eius aduentu. ille verò ſalutaria cunctis monita dedit, magnaq. vtilitate impertita dimiſit, manſitq. in eccleſia cum ſuo præceptore; & conſilium dabat vt vale diceret ſeculo, & ſalutem animæ quæreret. Vixerat enim is in perpetuo cælibatu, non gulæ, aut ventri, aut mollitiæ deditus; ſed auaritiæ morbo adeo implicatus, vt videretur muſcæ ſimilis aranearum telis irretitæ. Vnde etiam Pater hac eſt in eum vſus parabola. Qui vẽtris, inquit, neceſſitate premuntur, eſt cur ſe miniſterijs & laboribus exerceãt: tu verò cum hac neceſſitate liber ſis, qđ fruſtra ſedes, & colligis tibi quæ in ſtercus abeũt, & eorũ repleris graueolentia? Reſpondit ille: Multi ſanè ſumus, Reuerẽde Pater, qui vitæ tuæ inſtitutũ beatũ prędicamus; & ſæpe conſiliũ inijmus exeũdi ad pietatẽ tuam; ſed quia non fert nobis animus abſtinere vino, deterriti ab hoc ſumus.

Κανισκᾶ, διδάσκαλος αὐτοῦ χρηματίσας ποτὲ, καὶ ἄλλοι τῶν ἱερέων τινὲς, καὶ ἐπιγνόντες ὅτι ὁ μέγας πατὴρ ἥκειν, ἦλθον καὶ προσέπεσον τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, ξενιζόμενοι ἐπὶ τῇ παραδόξῳ παρουσίᾳ αὐτοῦ. αὐτὸς δὲ πᾶσι τὰ συμφέροντα προσειπὼν, καὶ μεγάλως ὠφελήσας καὶ ἀπολύσας αὐτοὺς, παρέμεινεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μετὰ τοῦ αὐτοῦ διδασκάλου, συμβουλεύων αὐτῷ ἐκβῆναι ἀπὸ τοῦ κόσμου, καὶ διασῶσαι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. ἦν γὰρ μηδέποτε γυναικὶ συνδεθεὶς, μηδὲ γαστριμαργίᾳ ἢ βλακείᾳ καταδεδουλωμένος, τῇ δὲ φιλαργυρείᾳ τοσοῦτον ὑπῆρχε συμπεπλεγμένος, ὅσον καὶ μυῖα τῇ ἀράχνῃ περιπαρεῖσα. διὸ καὶ ὁ πατὴρ τὴν παραβολὴν ταύτην πρὸς αὐτὸν εἴρηκεν· ὅτι οἱ μὲν τῇ τοῦ γαστρὸς ἀναγκαζόμενοι χρείᾳ, διὰ λόγους τῶν ὑπηρεσίαις προσκαρτεροῦσι· σὺ δὲ ταύτης ἐκτὸς τυγχάνων, τί καὶ μάτην παρακάθησαι τοῖς ἐκκοπρουμένοις, καὶ τῆς ἐκείνων δυσωδίας μεταλαμβάνεις; ἐπὶ τούτοις ἀπεκρίθη ἐκεῖνος· ὄντως τίμιε πάτερ, πολλοί ἐσμεν οἱ μακαρίζοντές σου τὴν πολιτείαν· καὶ πολλάκις ἐβουλευσάμεθα τοῦ ἐξελθεῖν πρὸς τὴν σὴν ἁγιωσύνην, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἡμᾶς ἄνευ οἴνου βιῶσαι, ἰλιγγιάσαμεν τοῦτο πρᾶξαι.

λέγει αὐτῷ ὁ μέγας· δεῦτε καὶ ποιήσατε ὑμῖν αὐτοῖς καινοὺς λάκκους συγκεκλεισμένους, καὶ γεμίσαντες αὐτοὺς οἴνου ἀντλήσατε ἀενάως καὶ πίετε. τοῦ δὲ πάλιν προφασιζομένου προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, καὶ τῆς παραινέσεως μὴ ἀνεχομένου, ἔννυχον λίαν ἀναστὰς ὁ μέγας ἐξῆλθε, καὶ ὑπεχώρησε τῶν ἐκεῖσε, εἰπὼν πρὸς τὸν φιλάργυρον ἐκεῖνον ἓν ῥῆμα· ὅτι οἴμοι διδάσκαλε, τότε μετανοήσεις, ὅταν οὐκ ὠφελήσῃ. ὀλίγου τοίνυν καιροῦ διελθόντος, καὶ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἐν τῷ μοναστηρίῳ τοὺς ὀρθρινοὺς ὕμνους ἐπιτελοῦντος, πόνος κατέσχεν αὐτὸν ἐξαίφνης ἀφόρητος, ὥστε μὴ δυνηθέντα αὐτὸν τὴν λειτουργίαν ἀποτελέσαι, ἐξελθεῖν, καὶ ῥίψαι ἑαυτὸν ἐν τῷ σκιμποδίῳ, καὶ οὕτως ὑποφέρειν τὰς ἀλγηδόνας. Ἐπὶ τούτοις ἰδοὺ ὁ ἀνεψιὸς ἐκείνου τοῦ Κανισκᾶ εἰσῆλθε δρομαῖος, φέρων ἐπιστολὴν ἐξ αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα τοιαύτην· Δεῦρο πάτερ ἅγιε, παράλαβε τὸν πολὺν πλοῦτον, ὃν ἀκαίρως συνῆξα πρὸς ἀπώλειαν τῆς ψυχῆς μου, μή πως ὁ διάβολος αὐτὸν καθαρπάξας ἄμοιρόν με ποιήσῃ κέρδους τοῦ ἐξ αὐτοῦ. ἰδοὺ γὰρ λοιπὸν ἀποθνήσκω, καί με τὸ ἐκεῖθεν εἰσδέχεται δικαστήριον.

Ταῦτα ἀναγνοὺς ὁ πατήρ, ἠβούλετο ἀπελθεῖν πρὸς αὐτόν,

τοῖς

Et magnus Pater; Venite, inquit, facite vobis nouas fossas benè obstructas, & implete eas vino; haurite iugiter, & bibite. Rursus illo excusante se excusationibus in peccatis, & adhortationi non auscultante, surgens multa de nocte magnus Pater egressus est, & recessit inde; hoc tantum auaro dicens: Hei mihi præceptor, tunc pœnitebit te, cum nihil proderit. Non multo post matutinos hymnos canentem in monasterio Sanctum Patrem intolerandus repente morbus inuasit, vt cum absoluere diuinum officium non posset, egressus in stratum corrueret, quò ferre dolores posset. Interim ecce fratris Caniscæ illius filius propere ingressus epistolam eius ad Patrē attulit huiusmodi. Veni Pater sancte, sume tibi multā pecuniæ vim, quam ineptè collegi in perniciem animæ meæ; ne forte illā diabolus rapiat, & lucrum ex ea mihi eripiat. Ecce enim iam morior, & vocat me alterius vitæ tribunal.

Cum hæc legisset, volebat quidem Pater ad eum ire, vincente suorum viscerum chari-

 tate;

tate; verùm doloribus grauiter oppressus, à proposito retrahebatur. Ait ergo latori epistolæ; Nō opus habet Christus patrui tui pecunia. Ipse enim dixit; Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Tu verò abi, propera; viuum quippe ipsum forte amplius nō videbis. Ille cursim reuersus, mortuum reperit, & facultates eius à Fisco raptas. At verò B. Pater, vbi tabellarius discessit, & dolores abiere, admiratione & stupore correptus est, ineffabilem Dei prouidentiam obstupescens; quod volentem se agere quidpiam præter eius voluntatem, & nolentem prohibuit.

Matt.22.

Fratribus porro laborem in monte sustinentibus in deuoluendis ambustis arboribus, vt agrum apertum redderent & cultui aptum, vbi cædua sylua erat; dixit Spiritus sanctus famulo suo: Egredere ad operantes in monte; Nam aduersarius vester diabolus circuit quærens quem deuoret. Ille confestim surgens abijt; & per totum illum diem circumiens non destitit à commonendis & excitandis fratribus, vt iugiter orarent, & Iesu Christi no-

1.Pet.5.

τοῖς οἰκείοις σπλάγχνοις νικώμενος· τοῖς δὲ πόνοις δεινῶς συνεχόμενος τοῦ βουλεύματος ὑπεκκόπτετο. λέγει δὲ τῷ ἀποκομιστῇ τῶν γραμμάτων· οὐ χρήζει ἔχειν ὁ Χριστὸς τῶν τοῦ σοῦ θείου χρημάτων· αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν· ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. σὺ δὲ ἄγε, πορεύου, ἴσως γὰρ ζῶντα αὐτὸν οὐκέτι θεάσῃ. ὁ δὲ ὑποστρέψας δρομαῖος εὗρεν αὐτὸν τεθνηκότα, καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ δημοσίου διαρπαγέντα. ὁ δὲ ὅσιος εὐθέως τῇ τοῦ ἀποκρισαρίου ἀναχωρήσει, ὑποχωρήσαντος καὶ τοῦ κατέχοντος πόνου, ἐν ἐκπλήξει καὶ θαύματι κατέστη, ἐξιστάμενος ἐπὶ τῇ τοῦ Θεοῦ ἀφάτῳ προνοίᾳ· ὅτι βουληθέντα αὐτὸν πρᾶξαί τι παρὰ τὸ αὐτοῦ θέλημα, καὶ ἄκοντα διεκώλυσε.

Τῶν δὲ ἀδελφῶν ἐν τῷ ὄρει ἐργαζομένων, καὶ κυλιόντων τὰ κεκαυμένα δένδρα πρὸς τὸ ἀνοῖξαι καὶ ποιῆσαι χώραν σιτοφόρον αὐτὶ ξυλοφόρου, εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ οἰκείῳ θεράποντι· ἔξελθε ἐν τῷ ὄρει πρὸς τοὺς κοπιῶντας, ἐπειδὴ ὁ ἐχθρὸς ὑμῶν διάβολος περιέρχεται ζητῶν, τίνα καταπίῃ. παραχρῆμα δὲ ἀναστὰς ἐπορεύθη, καὶ πᾶσαν τὴν ἡμέραν ἐκείνην οὐκ ἐπαύσατο περιερχόμενος τοὺς ἀδελφοὺς πάντας, ἐπιφωνούμενός τε καὶ ἀεὶ πα-

ραγ-

εὐαγγέλων προσεύχεσθαι, καὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀποδιώκειν τὸν ἀντικείμενον· ἰδὼν οὖν ὁ διάβολος τὴν τοῦ ἀρχηγοῦ ἀσφάλειαν, καὶ τὴν τῶν ὑπηκόων περίφραξιν, περὶ ὥραν δεκάτην ῥίψας μέγιστον δένδρον, καὶ ἕνα κύνα φονεύσας ἀπῆλθε κατῃσχυμμένος. Τινῶν δὲ ἀδελφῶν περὶ τοῦ κυνὸς θλιβομένων, ἔφη ὁ μέγας· Καλῶς ὦ ἀδελφοὶ προσέταξεν ἡ θεία γραφὴ, ἀεὶ προσεύχεσθαι ἡμᾶς, μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμούς. βουληθεὶς γὰρ ὁ διάβολος ἀδελφῷ ἐπαγαγεῖν τὸν θυμὸν αὐτοῦ, ὃν εἰς τὸν κύνα ἀπέδειξεν, ἐκωλύθη ὑπὸ θείου ἀγγέλου, καθὼς λέγει ὁ ψαλμός· Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. τούτοις τοῖς λόγοις καὶ τρόποις ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν παντὶ καιρῷ καὶ τόπῳ προσεύχεσθαι, καὶ οὕτω τὰς ἐπιβουλὰς τῶν δαιμόνων ἐκτρέπεσθαι. ἵνα δὲ καὶ τῆς τῶν γηΐνων προσπαθείας αὐτοὺς ἀπαλλάξῃ, καὶ παιδεύσῃ αὐτοὺς προτιμᾷν τὴν ὑπακοὴν καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς, ἄλλο πεποίηκε καὶ αὐτὸ μνήμης ἄξιον. Ἔθος ἦν τῷ μακαρίῳ ἐξ ἀρετῆς κτηθὲν οὐκ ἐκ φύσεως, τὸ ἐν παντὶ πράγματι ἑαυτὸν ἐπιμέμφεσθαι. ὅθεν πολλάκις ἐν ἑαυτῷ λογιζόμενος τὴν τῆς ἡσυχίας γλυκύτητα, καὶ τὸ τῆς ἀκτημο-

μο-

nomine depellerent aduerſarium. Videns igitur diabolus præſulis vigilantiam,& ſubditos benè vallatos, circiter horam decimam proſtrauit arborem maximam, & canem vnũ occidit; atque ita confuſus abijt. Quibuſdam verò fratribus mortẽ canis mœrentibus, dixit magnus Pater: Iure, ô fratres, diuina ſcriptura præcepit vt ſemper oretur, ne intremus in tentationem. Mat. 26. Volebat ſanè diabolus in fratrem vibrare ſuam iram, quam oſtendit in canem; ſed ab Angelo Dei detentus eſt, ſicut in pſalmo habetur: Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eũ, & eripiet eos. Pſal. 33. Huiuſmodi ſermonibus ac monitis docebat eos orare quouis loco & tempore, atquè ita dæmonum inſidias declinare. Vt verò etiã rerum terrenarum affectu eos purgaret, diſcerentque ab eo vel ipſi vitæ obedientiam præponere, aliud quiddam egit memoria dignum. Moris erat B. Viro non à natura profecti, ſed virtute acquiſiti, ſe ſe qualibet in re reprehendere. Quare ſecũ ipſe ſolitariæ vitæ ſuauitatem ſæpe cogitans, & quã ſit omni ſolicitudine vacuum.

nihil

nihil possidere; quodque spiritalium certaminũ pugil, si cũ fratribus sedeat, nullos faciat in virtute progressus; imò vix contingere possit, quin euadat deterior: hæc inquam omnia secum cogitans, nimis ægrè ferebat esse sibi multos habitationis socios: & vel ipsa cũ eis collocutio molesta erat; quòd impedimento esset meditationi mentis, & intus latẽtis actionis; quam experti soli sunt Deo pleni Patres, Antonius, Arsenius, & Ioannes[ǁ] Calybita. è contrario se offerebat dictum illud Apostoli: Nemo quod suum est, quærat, sed quod multorum, vt salui fiant. Visum ergo est ipsi periculum eorum facere, siquid eis absurdi præciperet: vt si nullo adhibito examine, nulla curiositate mandatũ acciperẽt, esset sibi cum ijs vna viuendũ; quod ea ratione possent & illi consequi salutem, & ipse à suo instituto non recedere: si vero contra eueniret, præferenda esset solitudo. Hanc igitur ob causã die quadã peracto matutino officio, & præsentibus omnibus hunc magnus Pater

[Margin: Κολοβὸν] [Margin: Colobus] [Margin: 1. Cor. 10.]

μοσιώνης ἀμέτοχον, καὶ ὅτι ὁ καθήμενος μετὰ ἀδελφῶν ἀγωνιστὴς εἰς ἀρετὴν οὐ προκόπτει, βία μήτοι γέ τοι καὶ ὑστερήσῃ· ταῦτα πάντα ἐνθυμούμενος ἐδυσχέραινε σφόδρα τῇ τῶν πολλῶν συνοικήσει, καὶ ἤχθετο μέχρι καὶ τῆς αὐτῶν συντυχίας, ὡς ἐμποδιζούσης αὐτὸν τῆς κατὰ νοῦν θεωρίας, καὶ τῆς ἔνδοθεν κρυπτῆς ἐργασίας· ἧς μόνοι πεπείρανται οἱ περὶ Ἀντώνιον, καὶ Ἀρσένιον, καὶ Ἰωάννην τὸν ǁ Καλυβίτην, τοὺς θεοφόρους πατέρας. τούτοις τοῖς λογισμοῖς ἀντισήγετο τὸ τοῦ ἀποστόλου· Μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσιν. ἔδοξε τοίνυν αὐτῷ πειράσαι αὐτοὺς ἔν τινι παραλόγου ἐπιταγῆς πράγματι· καὶ εἰ μὲν ἀδιακρίτως καὶ ἀπολυπραγμόνως συγκαταθήσονται, αἱρήσεσθαι τὴν συνοίκησιν, ὡς καὶ αὐτῶν οὕτω δυναμένων σωθῆναι, κἀκεῖνον τὴν ἰδίαν τάξιν φυλάξαι· εἰ δέ τι γένοιτο τοὐναντίον, τὴν ἀναχώρησιν προτιμῆσαι. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν τῆς ἑωθινῆς ὑμνῳδίας ἐν μιᾷ τελεσθείσης, καὶ πάντων συνηθροισμένων, λέγει αὐτοῖς ὁ μέγας· Πολλοὺς ἀμπελῶνας πεφυτεύκαμεν ὦ πατέρες, καὶ τοῦτο λογίζεται ἡμῖν ὡς πλεονεξία, διότι πλέον τῆς χρείας ἡμῶν ἐκτησάμεθα. δεῦτε κόψωμεν

ἐξ

habuit sermonẽ. Vineta, Patres, multa plantauimus, idque nobis auaritiæ tribuitur, eo quòd sint vltra modum nostræ indi-

gen-

ἐξ αὐτῶν, καὶ μὴ ἐάσωμεν εἰ μὴ μόνον τὸ αὔταρκες. ταῦτα εἰπὼν, καὶ ἰδὼν ὅτι συγκατατίθενται, ἄρας τὸν πέλεκυν ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτοῦ ὥρμησεν ἐπὶ τὸ κάλλιον καὶ εὐφορώτερον μέρος τοῦ ἀμπελῶνος· ὁμοίως δὴ καὶ αὐτοὶ ἅπαντες ἠκολούθησαν ὀπίσω αὐτοῦ, ἓν ῥῆμα καὶ μόνον μὴ ῥήξαντες· καὶ οὐκ εἶπον, ὅτι ὁ ἄνθρωπος ἐμάνη, οὐκ οἶδε τί ποιεῖ· τοῦτο ποτὲ οὔτε ἐφάνη οὔτε ἠκούσθη· ἀλλὰ εὐχῆς γενομένης ἤρξαντο κόπτειν ἀπὸ πρωῒ ἕως τρίτης ὥρας. τότε γνοὺς ὁ πατὴρ τὴν τῶν τέκνων ὑπακοὴν ἁμιλληθεῖσαν τοῖς πάλαι ἱστορουμένοις, δέδωκε τοῦ Θεοῦ δεξιὰς μηδὲν αὐτῶν προτιμῆσαι μέχρις ἐσχάτης ἀναπνοῆς. Τούτου οὖν τοῦ ἔργου περιφήμου γεγονότος καὶ ἕως αὐτοῦ τοῦ ἁγίου ὄρους, καὶ ἕως τῆς Σικελίας, οὐδεὶς ἠδυνήθη καταλαβέσθαι τοῦ πράγματος τὴν ὑπόθεσιν· ἀλλ᾽ ἄλλοι μὲν ἔλεγον, ὅτι οἱ μοναχοὶ ἐμεθύσθησαν· ἄλλοι δὲ, ὅτι ὁ πατὴρ ἐθυμώθη, καὶ διὰ τοῦτο ἐποίησε τοῦτο· καὶ ἄλλοι, ὅτι πολλὰ ὄντα καμεῖν οὐκ ἴσχυον. καὶ τοῦτο οὐ θαυμαστὸν, ὅπου γε οὐδὲ αὐτοὶ οἱ συγκόψαντες ᾔδεισαν διατί ἔκοψαν, εἰ μὴ οἷς ἠβουλήθη ὁ μέγας πατὴρ ἀποκαλύψαι.

Ποτὲ τῆς ἁγίας πέμπτης τοῦ πάσχα καταλαβούσης, εἰσήνεγκέ

gentiæ. Agite dum cædamus partem eorum, nec relinquamus nisi quod sufficit. His dictis, cũ vidisset illos nõ abnuere, securim humeris tollẽs perrexit ad pulchriorem & vberiorem vineæ partem, cunctis post eum insequẽtibus, ne verbo quidem vno prolato. Nec enim dixerunt; insanit homo iste; nescit quid agat; hoc nũquã visum, nunquã auditũ est. Sed facta pri⁹ oratione cæperũt mane cædere vsque ad horã tertiã. Tunc Pater agnita filiorũ obedientia, quæ antiquas historias exæquaret, pollicitus est Deo, se vsque ad vltimum spiritũ nihil illis præpositurũ. Cũ igitur diuulgatũ hoc esset, & vsque ad montem Athon & Siciliam fama celebratũ esset, nemo rei causam assequi potuit: Sed quidam aiebant, monachos ebrios fuisse. Alij Patris iram caussabantur. Alij vero, quod multas haberent possessiones, nec sufficerent ad colendas omnes. Nec mirum hoc est, quãdoquidẽ nec illi ipsi, qui cæciderant, caussã norãt cur cæcidissẽt, nisi quibus ipse magnus Pater detexit arcanũ.

Obtulerunt quidam sancta feria quinta paschæ monaste-

rio corbem egregioru͂ & magnorum piſcium plenam, vt modico afficerentur refrigerio fratres diuturno ac nimio ieiunio confecti. & cum vidiſſet illos Pater conſpectis piſcibus leuiter exhilaratos, permiſit quidem deſquamari piſces, lauari, & ad coquendum parari; ſed omnes mendico cuidam tunc ſe ſe offerenti donauit, ne vno quidem relicto. Ita illos docuit ex animo
al. 37. canere; Domine ante te
al. 118. omne deſiderium meum: &,
ier. 12. Portio mea Domine, & portio
deſiderabilis.

Eſt oratorium in ſumma Roſſani parte ſpecioſiſsimu͂, ſanctæ Anaſtaſiæ dicatum, ab Eupraxio imperiali quondam iudice Italiæ & Calabriæ exædificatum; quod poſtea ſacru͂ extitit etiam domicilium virginum. Huius ſacri loci curam demandauerat idem Eupraxius, dum eſſet Conſtantinopoli, cuidam monacho, Antonio nomine. Qui cum eſſet pecunioſus, & morti vicinus, timens rapacitatem Principum cuncta abſorbentium, ad tutiſsimam turrim, B. Patre͂ confugit; quem ſuarum omnium rerum curatorem inſtituens, liber tum demum omni ſolici-

τις ἰχθύας ἐν τῇ μονῇ καλοὺς καὶ μεγάλους, ἓν κοφίνιον πλῆρες, ἵνα μικρὰν παράκλησιν λάβωσιν οἱ ἀδελφοὶ ἐκ τῆς πολλῆς καὶ μακρᾶς νηστείας. καὶ ἰδὼν αὐτοὺς ὁ πατὴρ, ὅτι μικρὸν ἠγαλλιάσθησαν ἰδόντες τοὺς ἰχθύας, εἴασε μὲν αὐτοὺς ξύσαι, καὶ πλῦναι, καὶ ἑτοιμάσαι πρὸς τὸ ἑψῆσαι· τινὸς δὲ προσαίτου καταλαβόντος, δέδωκεν αὐτῷ ἅπαντας, μὴ ἐάσας ἐξ αὐτῶν οὐδένα. οὕτως ἐπαίδευσεν αὐτοὺς ἐκ διαθέσεως ψάλλειν τό· Κύριε ἐναντίον σου πᾶσα ἡ ἐπιθυμία μου· καὶ τό· Μερίς μου εἶ Κύριε, καὶ κλῆρος ἐπιπόθητος.

Εὐκτήριον ἐστὶν ἐν τῷ ἄκρῳ Ρυσιάνου τερπνότατον ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, κτισθὲν μὲν ὑπὸ Εὐπραξίου τοῦ βασιλικοῦ, κριτοῦ γεγονότος Ἰταλίας καὶ Καλαβρείας, φροντιστήριον δὲ χρηματίσαν παρθένων. τούτου τὴν προστασίαν ἐπιστεύθη παρὰ τοῦ αὐτοῦ Εὐπραξίου ὄντος ἐν Κωνσταντινουπόλει μοναχός τις Ἀντώνιος τῷ ὀνόματι· ὃς χρημάτων ὑπάρχει περιεχόμενος, καὶ ὑπὸ τοῦ θανάτου κατεπειγόμενος, ὑφορώμενος τὸ τῶν ἀρχόντων εὐάρπακτον καὶ ἀδιέρειστον, ἐπὶ τὸν ἄσυλον πύργον καταφεύγει πατέρα τὸν ὅσιον· καὶ τούτῳ πάντων τῶν αὐ-

τοῦ

τοῦ καταστήσας ἐπίσκοπον, οὕτω λοιπὸν ἀφροντίστως τετελεύτηκεν. ὅπερ ἀκούσας ὁ τοῦ Θεοῦ οἰκονόμος, καὶ σπλαγχνισθεὶς οὐ τοσοῦτον ἐπὶ τῷ ἀπελθόντι, ὅσον ἐπὶ τῇ τῆς μονῆς καταστάσει· ἦν γὰρ λοιπὸν ἐξ ἐκείνου ἀφανισθεῖσα καὶ διασκορπισθεῖσα· εἰσέρχεται ἐν τῷ ἄστει, καὶ τὰ μὲν ἐγκαταλείμματα τοῦ ἀποιχομένου διεμέρισε τοῖς πτωχοῖς, καὶ ἐκκλησίαις, καὶ τῷ μοναστηρίῳ· πᾶσαν δὲ σπουδὴν κατεβάλετο τοῦ τὴν μονὴν καταστήσασθαι, καὶ παρθένους ἐν αὐτῇ ἐμφυτεῦσαι ἀξίας τοῦ ἐπαγγέλματος· ὅπερ καὶ Θεοῦ συνεργοῦντος τετέλεκεν, πάσας τὰς διεσκορπισμένας συνάξας, καὶ ἡγουμένην ἐπ' αὐταῖς ἐπιστήσας, οἵαν ἀπῄτει ὁ λόγος· παρακαλέσας τοὺς οἰκήτορας πάντας τοῦ κάστρου φροντίζειν αὐτῶν, ὡς ἀσθενεστέρου μέρους καὶ ὡς μέγα ὄφελος δι' αὐτῶν καρπουμένους· λέγων αὐτοῖς καὶ τοῦτο· ὅτι ἐάν τις ἐξ ὑμῶν τελευτήσῃ, καὶ βουληθῇ ἡ γυνὴ αὐτοῦ τὸ λοιπὸν ἐν ἁγνείᾳ βιῶσαι, μὴ ἔχουσα δὲ ποῦ καταφυγεῖν, ἑτέρῳ γάμῳ προσομιλήσῃ, ὑμέτερον ἐστὶ πταῖσμα, τῶν μὴ σπουδασάντων ἵνα τοιαύτη πόλις ἓν μοναστήριον ἔχῃ. Ἔτι δὲ αὐτοῦ ἐν τῷ κάστρῳ προσκαρτεροῦντος, καὶ μικρὸν ὑπὸ νόσου καταληφθέντος, εἰσῆλθε καὶ ὁ μητροπολίτης

licitudine defunctus est. Quod vbi cognouit Dei œconomus, misertus non tã defuncti, quã status monasterij: iam enim defecerat, dispersumq. erat ex eo tempore: ingressus est in oppidum; & mortui quidem res quæ supererant, in pauperes & ecclesias & monasteriũ erogauit; omne vero studium posuit in restituendo monasterio, & collocandis illic virginibus professione dignis. Quod etiam Deo adiuuãte perfecit, & quæ dispersæ erãt, eas vnũ in locũ redegit, præfecitq. illis eiusmodi fœminam, qualem oportebat; rogans omnes ciuitatem incolentes, vt curam illarum susciperent, tanquam infirmioris sexus, vnde etiam essent magnã percepturi vtilitatem. illud insuper addens; Quod si quis vestrũ decedat, & vxor eius velit in posterum cælibem vitam agere, si non sit quo illa confugiat, & proinde ad secundas nuptias transeat, vos in culpa eritis, qui studium non adhibueritis, vt tam nobilis Ciuitas vnum habeat monasterium. Cæterum cum adhuc moraretur in oppido, & in morbum non grauem incidisset, venit & metropoli-

ta Calabriæ Theophylactus, & vna cũ ipſo Leo Domeſticus, litteratiſſimi & eruditiſsimi viri. At verò ſanctus Pater Nilus populi turbam fugiens, & amicam quietem ſẽper exoptans, parum ab oppido digreſſus petijt templum cultoris eremi Ioannis Baptiſtæ, cuius etiam vitæ inſtitutũ imitabatur; ibiq. cũ Deo ſermocinabatur totus in meditatione defixus. Prodijt ergo ad eum Metropolita, & Domeſticus, & magiſtratus, multiq. Sacerdotes, & populi non minima pars. Porro inter viam iniere conſilium, quis quid illi proponeret è Scripturæ arcanis, non tam addiſcendi ſtudio, quàm periculum faciẽdi. ſedebat è regione vir ſanctus, & cum vidiſſet illos ad ſe venientes, ſecum dicebat: Ecce venient hi, & ſermonum nobis inanium anſas dabunt. At tu Domine Ieſu Chriſte libera nos è laqueis aduerſarij; & largire nobis, vt cogitemus & loquamur quæ oportet, & agamus quæ tibi placita ſunt. Cũ ita oraſſet, aperit librum, quẽ præ manibus habebat, & incidit forte in narrationem de

Καλαβρείας Θεοφύλακτος, πυνάμα δὲ αὐτῷ καὶ ὁ δομέστικος Λέων, ἄνδρες γραμματικώτατοι καὶ σοφώτατοι. ὁ δὲ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος φεύγων τὴν τοῦ λαοῦ ὄχλησιν, καὶ τὴν φίλην ἡσυχίαν ἀεὶ ἀσπαζόμενος, ἐξῆλθε μικρὸν ἀπὸ τοῦ ἄστεος ἐν τῷ ναῷ τοῦ φιλερήμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, οὗ καὶ τὸν βίον ἐζήλου, κἀκεῖ προσωμίλει τῷ Θεῷ, καὶ τῇ μελέτῃ προσεῖχεν. ἐξῆλθεν οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ μητροπολίτης καὶ ὁ Δομέστικος, καὶ οἱ ἄρχοντες, καὶ τῶν ἱερέων πολλοὶ, καὶ λαοῦ μέρος οὐ βραχύτατον. ἐβουλεύσαντο δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν, τίς τί αὐτὸν ἐρωτήσῃ τῶν τῆς γραφῆς ἀποῤῥήτων· οὐ τοσοῦτον μαθεῖν, ὅσον πειράσαι βουλόμενοι. καθήμενος δὲ ἐξ ἐναντίας ὁ ὅσιος, καὶ θεασάμενος αὐτοὺς πρὸς αὐτὸν ἐρχομένους, λέγει ἐν ἑαυτῷ· ἰδοὺ νῦν οὗτοι ἐλθόντες εἰς ἀργολογίας ἡμᾶς ἐμβαλοῦσιν. ἀλλὰ κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ λύτρωσαι ἡμᾶς ἐκ τῶν παγίδων τοῦ ἀλλοτρίου, καὶ δώρησαι ἡμῖν ἐννοεῖν καὶ λαλεῖν ἃ δεῖ, καὶ πράττειν τὰ σοὶ εὐάρεστα. καὶ ταῦτα εὐξάμενος, ἀνοίγει τὴν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ βίβλον, καὶ κατὰ συγκυρίαν εὑρίσκει τὴν γενομένην ἀποκάλυψιν πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Συμεὼ-

ijs, quæ reuelata fuerant Beato Simeoni, cognomento Montis admi-

Συμεῶνα τὸν εἰς τὸ θαυμαστὸν ὄρος. ἐκείνων οὖν ἐγγισάντων, καὶ μετὰ τὴν προσκύνησιν καθισάντων, ἐπιδίδωσιν ὁ μέγας τὴν βίβλον τῷ Δομεστίκῳ τοῦ ἀναγνῶναι, ἔνθα τὸ σημεῖον ὑπῆρχε. ὁ δὲ ἀνοίξας τὸ στόμα, ἤρξατο πάνυ εὐφυῶς καὶ νουνεχῶς ἀναγνῶναι. ἐλθόντος δὲ εἰς τὸν τόπον, ὅπου λέγει, ἀπὸ μυρίων μόλις εὑρίσκεσθαι μίαν ψυχὴν ἐν τοῖς ἐνεστῶσι χρόνοις τὴν ἐν ταῖς χερσὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων προερχομένην· ἤρξαντο πάντες ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος λέγειν· μὴ γένοιτο· οὐκ ἔστιν ἀληθές. αἱρετικός ἐστιν ὁ λαλήσας. λοιπὸν ἡμεῖς δωρεὰν ἐβαπτίσθημεν, καὶ τὸν σταυρὸν προσκυνοῦμεν, καὶ κοινωνοῦμεν, καὶ χριστιανοὶ λεγόμεθα; ταῦτα καὶ τὰ ὅμοια τούτοις πάντων ἀντιλεγόντων, ἰδὼν ὁ μακάριος, ὅτι ὁ μητροπολίτης καὶ ὁ Δομέστικος οὐδὲν αὐτοῖς λέγουσιν, ἀπεκρίθη πραέως καὶ εἶπεν· ἐὰν δὲ ὑμῖν ἀποδείξω καὶ τὸν μέγαν Βασίλειον, καὶ Χρυσόστομον, καὶ Ἐφραὶμ τὸν πανόσιον, καὶ Θεόδωρον τὸν στουδίτην, καὶ αὐτὸν τὸν ἀπόστολον, καὶ τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον τὸν αὐτὸν σκοπὸν καὶ φρονοῦντας καὶ λέγοντας, τί πείσεσθε ὑμεῖς οἱ ἀσκόπως τὰ στόματα διανοίγοντες, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἀντιπίπτοντες,

admirabilis. Cũ ergo illi propè acceſsiſſent, & peracta ſalutatione conſediſſent, librum porrexit Domeſtico magnus Pater, vt legeret vbi notatum erat. Ille os ſuũ aperiens cœpit legere multa cum venuſtate & intelligentia. Cum autẽ perueniſſet in locum illum, vbi dicitur: De mille vix vnam reperiri animam his temporibus, quæ in manus ſanctorum Angelorum de corpore exeat: cœpere quaſi vno ore omnes dicere; Abſit; non eſt verum; hæreticus eſt, qui hoc dixit. Fruſtra ergo nos baptizati ſumus, & Crucem adoramus, & Chriſti corpus ſumimus, & Chriſtiani vocamur? His & ſimilibus verbis cum omnes contradicerent, videretq́. ſanctus nihil ad hoc à Metropolita, & Domeſtico reſponderi, reſpondẽs ipſe placidè dixit: Quod ſi vobis oſtẽdero & Baſilium magnum, & Chryſoſtomum, & beatiſſimũ Ephræm, & Theodorum Studitam, & Apoſtolum ipſum ac Euangelium ſentientes idem atque affirmantes, quid pœnarum feretis vos, qui inconſideratè os aperitis, & Spiritui ſancto refragamini, & tremendis Patrum ſententijs hæreſeos notam

 inuri-

inuritis ob vitæ veſtræ nequitiam? Dico aurem vobis fratres propter ea omnia quæ recenſuiſtis, nullam à Deo vobis haberi gratiam. Quæ idola, quam hæreſim deſeruiſtis, & ad Chriſtum acceſsiſtis? Audet quiſquam veſtrum dicere, hæreticus ſum, & in ſuam ingredi ciuitatem? nonne ab omnibus obruetur lapidibus, & occidetur? Pro certo habetote, niſi virtutem colueritis, & toto animo colueritis, neminē vos à damnatione erepturum. Cum hæc audiſſent omnes, vehementer conterriti ſuſpirare cæperunt & dicere, Væ nobis peccatoribus & miſeris. Ait ipſi Nicolaus Protoſpatharius: Cur dicit Euange-
Matt. 10. 42. lium Pater: Quicumque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem ſuam? Reſpondit Pater. Hoc dictum ad eos eſt, qui nihil habent; ne quiſquam excuſationes obtendat, quod ligna non habeo, vt calidam parem. Sed vos quid facturi eſtis, qui & frigidam ipſam pauperi eripitis? Cum is tacuiſſet, ſurrexit alius; &, Vellem, inquit, ſcire ſancte Pater,

An

